UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 12. Gurcensis Episcopus, Bononiæ Papam accedens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66433

Visual Library

Sæcul. XVI.
A. C. 1511.

§. XII.
Gurcenſis Epiſcopus, Bononiæ Papam accedens.

Ergo utrinque ſancitum, ut Papa Bononiam usque procederet, eumque Epiſcopus ibidem conveniret, Pariſienſis vero Præſul Mantuæ ſocii ſui adventum præſtolaretur. Neminem alium præter Gurcenſem Romana Curia unquam pompa magis ad aſſentationem compoſita excepit, omnibus aulicis usque ad urbis portam obviam effuſis: cum vero Germanus iſte Præſul inter ceteros Venetæ Reipublicæ Oratorem penes Papam conſpiceret, eum vehementius alloquens, temeritatem exprobrabat, qua coram Oratore Cæſaris, a quo tamen Respublica proſcripta eſſet, comparere præſumeret.

Raynald. hoc ann. n. 52.

§. XIII.
Gurcenſis Epiſcopi arrogantia coram Pontifice.

Poſt hæc Epiſcopus ad ſanctiorem Patrum Senatum introducitur, ubi ſummus Pontifex cum omnibus ſuis Cardinalibus adventantem expectabat, a quibus etiam ſingularibus honorum ſignis exceptus, paucis admodum verbis expoſuit, ſe ab Imperatore ſuo Domino ad concilian-

Spond. ad an. 1511. n. 8.